

53  
RECTOR

ACADEMIÆ GIESSENSIS

JOANN. CHRISTOPH.  
BIELENFELD,

CONSILIARIUS IN SACR. SUPREM. SUPERINTENDENS

ET THEOL. D. AC P. P. PRIMARIUS

UNA CUM UNIVERSO SENATU

ACADEMICO

OMNIBUS LECTURIS IN PRIMIS CIVIBUS IN QUALIBET  
FACULTATE STUDIIS LITANTIBUS.

*S. P. D. ET LABORES PROXIMI SEME-  
STRIS BRUMALIS INTIMAT,*

ET IDEMQUE OMNIUM DISCIPLINARUM CULTORIBUS  
AD LAUDABLEM DILIGENTIAM COMMENDAT.

*DIE XIII. SEPT. MDCCXXII.*

SUB SIGILLO ACADEMIÆ MAIORI.



---

GIESSÆ,  
TYPIS VIDUÆ IO. REINH. VULPII ACAD. TYPOGR.



**IN FACULTATE THEOLOG.**  
**JOANNES CHRISTOPH. BIELENFELD,**  
 Consiliarius in Sacr. Suprem. Superintendens & Theol.  
 D. ac P. P. Primarius.


**A**bsolutâ nunc per DEI Gratiam Historiâ Ecclesiasticâ, Theologiam Catechetica in *Lectionibus publicis* continuabit. In *Privatis* ex desiderio multorum THEOLOGIAM POLEMICAM & quidem universalem tractabit, ita, ut ad methodum Scherzeri in Breviculo Theologico, omnes in margine notati Adversarii sub examen vocentur & è S. Scripturâ solidè refutentur, junctâ simul hebdomadali examinatione ac disputatione. Et cum in *Exegeticis* manu ductio ad integrum S. Codicis Librum exspectatur, animus est Epistolam D. Pauli ad Ephesios, exegeticè, porismaticè & Homileticè, non neglecto ipso concionandi exercitio, enucleare. Faxit DEUS Feliciter!

**JOH. BARTHOLOMÆUS RÜDIGER,**  
 Th. D. & Prof. Ord. Consist. Princ. Assess. atque district.  
 Marp. Superint.

**Q**uæ in *privatis* acroasibus de GRATIÆ divinæ *Actibus* atque *Mediis* restant, hoc semestri brumali absolvet, proque Dn. Auditor. lubitu *harmoniam Evangelistarum*, neque minus in *publicis* horis quam *privatis* sedulo continuabit, aut ad *nova* alia, forte desiderata, sese accingi haudquaquam obnitetur.

**JOH. GOTTFREDUS SCHUPART,**  
 SS. Theol. P. P. O. Consistorii Princip. Adessor & Dioces.  
 Alsfeld. Superintendens.

**L**ectiones Exegeticas atque Morales strenue continuabit; Collegio autem in *B. Bajerum* positivo succedet aliud, vel in *Augustanâ* *Confessionem*



*sessionem, vel Tridentinum Concilium, prout vota ferent DNN. Commi-  
litionum.*

**CHRISTOPH. LUDOV. SCHWARZEMANN**  
SS. Theol. Dr. ejusdemque Profess. Ordinar.

**C**ONSERVANTE TRINUNO DEO, quatuor ad Cursum suum Theo-  
logicum additamenta proponet; è quibus primum explanabit or-  
thodoxas theses aliasque suppeditabit. Secundum quaestiones, jam mo-  
tis dubiis, & horum accuratis amotionibus atque resolutionibus, ampli-  
ficabit. Tertium Canones illustrabit. Et Quartum denique Decisiones  
omniò stataminabit.

**JOH. GEORG. LIEBKNECHT,**  
Sse. Theol. D. & Prof. P. Extraordin.

**H**OC. XI. publice In Reformationis Historia, quoad Hassiagas praeser-  
tim regiones, hucusque occupatus, nunc exhibitionem LL. Symbo-  
licarum offeret quoad singula momenta, vna cum variis documentis exhi-  
bitis. Privatum in eo erit, ut Da. Commilitionum desideriis satisfaciat.

---

**IN FACULTATE JURIDICA**  
**MELCH. DETHMARS GROLMAN,**  
Smi Principis Hass. Darmst. Consil. Intimus, Prof. Jur.  
Prim. & Academiae Cancellarius.

**P**UBLICE A. B. explicabit, privatim Colleg. ad Compend. Lauterb. item-  
que Juri Canon: nec non reliquas J. prud. partes aperiet, exercitium  
queque disputatorium sedulè continuabit.

X z

**JACOBUS**

JACOBUS FRIDERICVS LUDOVICI,

J.Ctus.

**I**N publicis lectionibus ad *institutiones* Justiniani imperat. usque ad materiam de testamentis peruenit easque lectiones Deo aduente sine ulla interruptione sedulo continuabit. *Privatim* ante aliquot dies collegium *pandectarum*, nec non *juris feudalis* auspicatus est, quibus finitis ad jus canonicum, publicum, progredietur ex desiderio Dni. auditorum. Nec deerit illis, qui practica & examinatória desiderarunt, Deus omnibus laboribus benedicat !

IMMANUEL WEBER / J. U. D.

Consiliar. Hassiac. Professor Jur. Ordinar.

**P**ublicè exponet *Paroemias juris*, in supplementum *Paroemiarum Juridicarum* B. Cancellarii Hertii, magno cum applausu a Viris doctis exceptarum.

*Privatim* ad *Jus publicum* Schwederi, & *Jus Feudale* Stryckii Collegia aperiet, nec in cæteris, si qua desiderabuntur, Dni. Commilitonibus defuturus.

JO. GODOFREDUS HARTVNGIVS, D.

Consiliar. Hasso-Darmstad, & Jur. Prof. Ordin.

**P**ublice in *Pandectis* perget: *Privatim* *Institutiones* per semestre æstivum tractatas absolvet, & aut denuo eas, aut Collegium *Feudale* aspiciabitur.

JO. FRIDERICUS RÜGGER /

J. U. D. & P. P. Extraord.

**P**ublicè *privatimque* pro desiderio Generosiss. & Nobiliss. Dni. Commilitonum studia atque officia sua quam promptissime exequi non desistet.

IN FACULTATE MEDICA

JOH. CHRISTOPH. HERTIUS, Med. D.

hujusque Prof. & Archiater Hasso-Darmst. Primar.

**U**bi otium anlicum ipsi permittet versari in Academia, non deerit, si quacunque Pratione hiliatorum conatus promovere poterit.

MICHAEL



MICHAEL BERNHARDVS VALENTINI,

*Archiat. & P.P. Ord.*

**P**ublicè Semiologiam: *Privatim* autem methodum medendi circum-  
spectam & felicem per cautelas varias practicas B. C. D. exhibebit.

D. JOH. CASIMIR, HERTIUS,

*P. P. Ordinar.*

**P**ublicè ita expetentibus Dnn. Commilitonibus, laboribus denuo ana-  
tomicis vacabit; privatim vero eorundem se desiderijs & captui ac-  
commodabit.

IO. MELCHIOR VERDRIES,

*D. Med. PP. Ord.*

**P**ublicè doctrinam de signis morborum prosequetur. *Privatim Institu-  
tioni* docebit.

JO. THOMAS HENSING,

*Med. Prof. Extraord.*

**P**ublicè Salium atque Metallorum naturas Chemiæ auxilio dabit ex-  
plicat.

*Privatim* Medicum Cursum continuabit, & quidem materiam me-  
dicam uberrime, neque alijs Dnn. Studiosorum desiderijs defuturus,  
pertractabit.

CHRISTOPH. BERNH. VALENTINI,

*Med. D. ejusdemque Prof. Extraordin.*

**P**ublicè in *Danielis Ludovici Pharmacia* moderno seculo applicandam  
commentabitur. *Privatim* autem Cursum totius Artis Medicæ in  
Collegio nostro captum, Deo benedicente, continuabit.

IN FACULTATE PHILOSOPHICA.

MICHAEL BERNHARD VALENTINI,

*Philos. Experim. Prof. P. Ord.*

Pro *Lectioibus publicis* argumentum de medicamentis specificis horumque convenientia cum Philosophia Experimentalis selegit. In *Collegiis autem privatis* desideriis *Dn. Auditorum* se accommodabit, quibus (Deo vires largiente) in omnibus satisfacere studebit.

MATTHIAS NICOL KORTHOLT,

*Eloqu. & Poët. Prof. Ord. Academ. Biblioth.*

*Praefectus.*

Matutina VIII duabus hebdomadishoris introductionem ad eloquentiam civilem, latinam & germanicam, brevibus orationibus excipiendam, pluribus illustrandam tradet: duabus *VIRGILII* libros *Georgicorum* vel *OVIDIUM* selectiores elegias enucleabit. Insuper hora pomerid. II die Mercurii Bibliothecam aperiet, die Saturni Collegium oratorium continuaturus. Denique publicis his Deo fauente priuatim addet Collegium in utraque lingua practicum, methodo a se recepta, quam, etsi cum alia libens commutare voluerit, eloquentiae tamen studiosi potissimum sunt amplexi: pariter id acturus, ut opera sua nec in explendis ligatae facundiae aut rei litterariae cultorum desideriis frustra desideretur.

IOH. GEORG. LIEBKNECHT,

*D. & Mathematicum Prof. P. Ordinarius.*

Publice post Optices explicationem ex Nobilissim. Dn. Commilitonum desiderio *B. Stranchii Astrognosiam*, una cum vero Globorum usu exponet. Priuatim *Lectiones Cursorias* ad *Celeb. Wolffii* institutiones continuabit, & recens propria fundamenta cum titulo sequenti impressa *Grund-Sätze der Mathematischen Wissenschaften* intra praesens semestre quoad *Arithmetiam, Geometriam, Trigonometriam, Artilleriam, Archi-*

*Architecturam Militarem & Civilem summa industria explicabit, & commonstrato vario Instrumentorum Librorumque adparatu, perpetua illustrabit praxi. Nec non Geographiam historicam aliasue partes, si Nobiliss. Dn. Commilitonibus volupe fuerit, explanabit.*

**IO. HENR. MAIVS,**

**Antiquitatum, literaturae Graecae, & linguarum orientalium  
Professor Ordinarius.**

**P**ublicis lectionibus S. Matthaei Euangelium, & sequentes ordine diuinos historicos, philologicis obseruationibus illustrare sedulo pergerit, priuatam industriam illi professionis suae parti impensurus, quam futuris auditoribus potissimum arridere intellexerit.

**IO. MELCHIOR VERDRIES,**

**D. Philos. Natur. P. P. Ordinar.**

**P**ublice exercitium disputatorium continuabit. *Privatim partem Physices specialem explanabit.*

**JOH. CONRADUS ARNOLDI, D.**

**Log. & Metaph. Prof. Ord.**

**E**x *Metaphysica Errante B. Rudrauffii*, errores in Philosophia Prima admitti solitos, porro monstrare perget publice; privatim vero Lectiones & Metaphysicae & Logicae dicandas, ex voto Dni. Auditorum, propterea vel antiquitatis, vel novitatis philosophandi studio ducuntur, insuet, utramque disciplinam, tam operationibus intellectus regendis ordinandisque, quam reliquis artium studiis promovendis, accommodabit, nec non & disputandi exercitio, cum publico, tum privato, confirmabit, singulas cursu semestrali absolurus.

**SEBASTIA-**

SEBASTIANUS MASSON,

Moral. P. P. O.

**D**um publice themata pro instituto suo exhibebit discutienda: priuatim Collegia sua Ethices, Politices ac Juris Naturae & Gentium ad finem iam vergentia, ea qua haectenus fide ac sedulitate vrgebit; iisque absolutis, noua statim in singulis hisce disciplinis pro Nobilissimorum Dnorum Commilitonum desiderio exordietur. Quumque Superioribus visum fuerit e re Serenissimorum Principum in hac Academia studiis operam dantium aliorumque plurium fore, si lectiones Politicae Gallico quidem idiomate instituerentur: consilio huic accedere, eju: quere: proximo mense facere initium constituit nihil magis habens in votis, quam vt nulla in re quae in suis posita sit viribus, defuisse se vel defuturum appareat.

CHRIST. FRIDER. AYRMANNVS,

Histor. Profess. P. Ord.

**P**ublice Historiam Germanicam breui compendio tradet, priuata quoque industria nullo tempore defuturus, si modo ratioue aliqua fatalis nostrae Academiae elegantioris literaturae neglectus profligari queat.

CHRISTOPH. LVDOVICVS RÜDIGER,

Extraord. Prof.

**A**d calcem *Philosophiae Theoreticae* in Scholis nostris cum sit decursum, non est, quod hac hyeme molliter conuiescamus, quin potius *Philosophiam practicam* ordiri, eidemque felicem clausulam imponere, vehementer omni studio atque opera nitentur. Id quoque effectum dabimus, vt *Philosophiae practicae, Theologiae, Jurisprudentiae & Medicinae* consecrati, iustam librorum designationem sibi perutilium & necessarium, in *Collegio literario* offendant. Tandem, in quacunque *Philosophiae* non sectariae parte opella nostra uti volentibus, animo libenti prolixoque nos cuncta facturos, demonstrabimus.